GEORGII ADAMI STRVVII,

ICTI CONSVMMATISSIMI
SERENISSIMORVM DVCVM SAXO-VINARIENSIVM CONSILIARII INTIMI PRAESIDIS REGIMINIS AC CONSISTORII SAXO-IENENSIS SPLENDIDISSIMI FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARII ET CVRIAE PROVINCIALIS AC SCABINATVS ASSESSORIS MERITISSIMI

LIBELLVS
DE
IVRE OVIVM,
Vom
Schäfferey-Rechten.

EDITIO NOVISSIMA CORRECTIOR.

I E N A E,
SVMTIBVS ET LITTERIS IOH. CHRISTOPH. CROEKERI,
1 7 4 2.

Digitized by Google

Digitized by Google

I. N. D. N. I. C.

PROOEMIVM.

AB orbe condito, BENEV. LECT. paucæ & fere nullæ fuerunt Gentes, quibus non ſingulari oues fuerint & curae & aeſtimationi; Hinc quoque factum eſt, vt referente VARRON. *L. 2. de re ruſtic. Illuſtriſſimus quisque apud antiquos paſtor fuerit*; atque (vt in praeſenti quorum in ſacris honorifica fit mentio, Heroas illos maximos praetermittamus,) ditiſſimos pecora pauiſſe, honeſtiſſimumque fuiſſe ſtudium rei pecuariae ſatis veterum probant exempla. Namque in Graecia illud ita viguiſſe ex HOMERO aliisque antiquiſſimis Ethnicorum ſcriptoribus conſtat, vt non Reges modo, ſed ipſos etiam DEOS immortales paſtores fuiſſe tradant. Et quanquam OVIDIVS Romulo populi vicini affinitatem contracturo nocuiſſe ſcribat, quod a Fauſtulo inter paſtores educatus eſſet, & aliquando oues pauiſſe crederetur; PLINIVS tamen teſtatur, pecus aliquando vnicum Romanis

Digitized by Google

fuiſſe vectigal, & non modo in magno habitum eſſe honore hoc ſtudium, ſed & apud eosdem diutiſſime durauiſſe; Cui calculum ſuum ille ipſe adieciſſe & antedictis contradixiſſe videtur; de ſenatoribus Romanis viris alias honoratiſſimis poſtmodum quod ipſi ſuas pauerint oues referens. Quemadmodum autem omnium rerum, ita & huius ſucceſſu temporis ſecuta eſt mutatio; ſiquidem increſcente luxu pecus illis tantum tribuiſſe paſcendum Romanos, qui tenuiores fuerint fortunae teſtem praeter alios habemus IVVENALEM. Quo res noſtris deuenerit temporibus, quodque nonniſi infimae ſortis & humi repentibus hominibus oues tradantur cuſtodiendae, cuique ſatis conſtat; Verum tantum abeſt vt nobiliſſima etiam ingenia illarum hodie abiiciant curam, vt potius ipſi Principes omnem moueant lapidem, quo ſua conſeruent ouilia, & iura ſalua intactaque maneant haut ignari ſingularis quam praeſtant vtilitatis; Hinc etiam eſt, quod apud priſcos illos in ouibus omnes collocatae fuerint diuitiae. Namque quin pecunia & peculium pecori debeant ſuam nomenclaturam nullum eſt dubium; Pecoris vero nomine cumprimis tunc temporis veniſſe oues anſam praebet credendi praeſtantiſſimum

mum

Digitized by Google

mum VARRONIS hunc in modum iudicium: *quadrupedum ſylueſtrium, quas vtilitatis cauſa deprehenſas homines incluſerunt, vt manſueſcerent, primae non ſine cauſa putantur oues aſſumtae & propter vtilitatem, & propter placiditatem: Maxime enim naturae quietae & aptiſſimae ſunt ad vitam hominum; ad cibum enim lac & caſeum adhibitum, ad corpus veſtitum & pelles attulerunt.* Quorum vſum eximium ſacrae literae pluribus locis itidem commendant, praeprimis autem eiusdem Sapientiſſimus ille *Prouerb. 27.* hanc facit mentionem: *Agni ſunt ad veſtimentum tuum, & boedi ad agri pretium. Sufficiat tibi, ſufficienter habebis lac caprarum in cibos tuos, & in neceſſaria domus tuae, & ad victum ancillis tuis.* Hisce pondus quoddam magnum Viri rebus domeſticis exercitatiſſimi IOHANNIS COLERI *in Oecon. ſua rurali & domeſtica p. m. 420.* addunt verba: Wol dem Wirth dem die Schaffe wohl beyſtehen, denn der leidet keine Noth, ſeine Schäfflein können ihm nechſt GOtt wohl forthelffen, ſie nehren, ſpeiſen, träncken, und erhalten ihn, und machen ihn freylich zum Herrn. Wie ich dann ſelbſten einen Bauer in der Schleſien geſehen, der nicht allein ein Bürger-Gut in der Stadt hatte, ſondern auch ein gut Dorff darzu kauffte, und ſchriebs nechſt GOtt alles dem

Digitized by Google

Schaff-Vieh zu, daß er reich worden war, dieweil er mit dem wol umgehen kunte. Ipse quoque KLOCKIVS hanc decantatam ouium vtilitatem in *Lib. 2. de Aerar. cap. 4. n. 21.* nequaquam reticere potest, speciatim omnia ibidem referens. Sed quid opus est, plura adducere rerum testimonia, cum ipsa res cuiusuis testatione satis loquatur. Quod cum ita sit, eo magis mihi gratulor, quod hanc commendatione & auspiciis illustris Domini Praesidis, materiam de re tam vtili agentem, nec adeo tractatu indignam suscipere licuit; Cuius immortali laude decoranda erga me beneuolentia vti nunquam non, ita in hac elaboratione egregio effulsit documento, quod cum ad ipsum virum illustrem, tum ad eiusdem instructissimam Bibliothecam aditus semper patuerit. Ceterum quum non possim quin infirmitatem & ingenii mei imbecillitatem fatear, quod ipsa forsitan res easdem sit proditura: Spero tamen a quocunque, si errauero, me eo facilius impetraturum veniam, quod non ea, quae huius materiae amplitudo, & dignitas, sed quae ingenii mei tenuitas, iudiciique imbecillitas permittunt, promittam, accuratiorem elaborationem sagaciori relinquens aetati. Sic igitur.

Digitized by Google

FELICITER!

SECTIO I.

DE OVIBVS EARVMQVE AFFINIBVS.

CAPVT I.

DE IVRE OVIVM IN GENERE.

§. I.

FOrma & qualitatibus, praesertim si extra terminos Europae vagemur, multum inter se differunt oues, siquidem in Peru regione oues ad asellorum magnitudinem, longis cruribus & crasso corpore crescere, iisque praeterea caput longum ad effigiem Cameli esse testis est CARDANVS *d. rer. variet. Lib. 7. cap. 31.* Sic OLAVS *in descript. Gent. Sept. Lib. 17. cap. 1.* refert, quod Insula Gothlandia arietes siue verueces producat ceteris robustiores & proceriores, quibus quaterna vel octona cornua crescant: tantumque ferociae a cornibus mutuent, vt tempore coitus, nisi serra vel lima demantur, ceteris animantibus sint nocumento ipsique pastori rebelles. Et BOETIVS *in Scotiae descript.* fecit mentionem montis cuiusdam in Gareota Scotiae regione *(Doundor)* aurei ab incolis appellati, quod oues in eo flauae sint, dentes coloris plane aurei habentes, carnes vero velut croco tinctas. Nec praetermittendum quod HERODOTVS de Arabia affirmat; esse nimirum ibidem duo ouium genera admiratione maxime digna, quorum vnum caudas habeat tam longas, vt non sint tribus breuiores cubitis: alterum vero ad cubitalem latitudinem caudas gerat. Praeter has referente IOH. BODINO *in Method. histor. cap. 4.* LEO AFER *Historicus* se vidisse affirmauit ouium Aegyptiarum caudas, quae pondere libras quinquaginta; interdum vero centum viginti aequarent. Ideoque vnumquemque pastorum doctum esse debere arte Fabrili, vt plostella faciant, quae singularum ouium caudis subli-

Digitized by Google

ſubligent, ſuper quae caudas ipſas alligent. Quod idem BELLONIVS atque HIERONYMVS CARDANVS tradiderunt. Verum cum haec plane fidem noſtram excedant, ſatius eſt, vt ea in re credamus IOH. LVDOLPH. *in hiſtor. ſua Aethiopic. Lib. 1. cap. 10. Mirabile*, dicenti, *illud genus ouium in oriente atque Africa ſatis notum hic quoque frequens eſt. Caudas tam obeſas habent, vt minima decem vel duodecim libras; maximae interdum vltra quadraginta pendent. Igitur neceſſe eſt ploſtellum ſupponere, quo tantum onus eo commodius poſt ſe trahere poſſint, neque humi laceretur aut corrumpatur. De his caudis accipienda ſunt, quae in ſacrificiis Hebraeorum inter alia pinguia cremari iubentur; quum & ſpeciale nomen apud illos extat* אַלְיָה *Vulgaris vero & macilenta illa tam noſtrarum ouium, quam aliorum animalium cauda* זָנָב *vocatur. Praeter iſtas* POLYD. *Lib. 1.* ouium in Scotia meminit, quae ne id quidem, quod omnibus animantibus commune eſt, habeant, cum *praeter rorem coeleſtem nullum bibant potum, adeo vt etiam a paſtoribus de induſtria a fontibus arceantur, quando experientia ſit cognitum, quod dare bibere illis ſit exitiale.*

§. II.

Ceterum cum nobis ouium ſiue alibi, ſiue in Europa & noſtris regionibus exiſtentium naturam explicare non ſit propoſitum; ſed de iure, h. e. quod iuſtum eſt circa oues agere! Ideoque ea tantum quae annotatu digna, ac ad onomatologiam neceſſario ſpectant, perſequamur. Eſſe autem ouem ex genere biſulcorum non modo ipſa loquitur αὐτοψία, ſed huius etiam rei teſtem habemus ARISTOTELEM: *ouis* inquientem, *biſulca eſt, forcipem enim pro ungula habet.* Praecipue vero famoſa eius eſt ſtoliditas atque ſimplicitas, quibus aſino nequaquam inferior eſſe videtur, cum & AELIANVS ſcribat: *Ouis & aſinus ineptiſſimis ſunt moribus & animis degeneribus;* cui haut diſſentit ADAMANTIVS; *In ouis,* dicens, *ingenio ſe prodit τὸ εὐηθες, i. e. ſimplicitas vel ſtultitia,* hinc προβατώδης dicitur homo

homo ſtolidus et quaſi ouis ingenium referens. Idcirco ARISTOTELES quoque *Lib. 6. Animal.* ouem appellat πάντων τετραπόδων κάκιστον, *animal omnium quadrupedum ſimpliciſſimum.* Ideoque ſimplicis ac ſtupidi ingenii homines quandoque dicuntur *oues*, ſicuti *Plaut. Bachid. Act. V. ſcen. 1. amabo, quis has huc oues adegit?* Et nos dicimus: er iſt ein einfältig Schaff. Quandam tamen defenſionem ab ipſa natura inſitam, merito iis tribuit *Propertius* in verbis:

Non ſolum taurus ferit vncis cornibus hoſtem,
Verum etiam inſtanti laeſa repugnat ouis.

Afficiuntur alias hoc nomine ipſi fideles, et a Saluatore noſtro pluribus vocibus vocantur *oues*, indeque Canoniſtis in hac ſignificatione vox eſt vſitatiſſima, et integrum Tractatum Canonicum MICHAEL DE ANINYON inſcripſit: *De ouili et Paſtoris vnitate.* Sicuti quoque in Canonibus omnes animarum rectores; in ſpecie vero Epiſcopi ſolum et ſuperiores vocantur paſtores. *v.* AVGVSTIN. BARBOS. *d. Iur. Eccleſiaſt. Lib. 2. Tit. 381. n. 37. et* GLOSSA *in l. nos reddentes, in verb.* ARCHIMANDRITAE. *C. de ſumm. Trinitat.* dicit, quod Archimandrita dicatur ab ἀρχὸς Princeps, et μάνδρον quod ſit ouis: hincque Archimandrita idem ſit ac Abbas, qui praeeſt ouibus, i.e. Monachis: Quos quandoque lupos eſſe rapaces addit MARCELL. FORTVNAT. *Tr. d. veritat. et error. P. 5. n. 197.*

§. III.

Oues BARTOLO dicuntur animalia minuta in *l. oues ff. de abig.* et veniunt appellatione pecorum. *l. 2. §. fin. ff. ad L.* AQVIL. *§. 1. Inſtit. d. L.* AQVIL. *l. 12. §. 2. ff. d. vſu et habitat.* Nec obſtat §. 4. *Inſtit. de vſu et habitat.* vbi oues a pecoribus diſtingui videntur in verbis: *pecorum vel ouium;* Etenim res erit clara, ſi (omiſſa correctione CVIACII, qui pro *vel* legi vult *veluti)* ſtatuamus cum IOH. THOMA *p. m. de Nox. animal. cap. 16. n. 35. ſeq.* particulam *vel* non diſtinguere *oues et pecora* tanquam res ſpecie diuer-

ſas; Sed legatum *vſus ouium* a legato *vſus pecorum:* ſeu eſſe notam noui exempli ſiue caſus; Aliud enim eſt legatum ouium, aliud autem pecorum. Ceterum inter ſe differunt oues et grex ouium; hoc amplius, illud ſtrictius eſt interpretandum: veluti ouium grege legato cuiusuis generis oues continentur arg. *l. 79. ff. de Leg. 3.* PAVL. *Lib. 3. ſentent. Tit. 6.* Quemadmodum quoque Germanica vox Schaffnöſſer eſt generalis, et complectitur ſub ſe alte Hämmel, Zeit-Hämmel, Kilber-Jährlinge, qui tamen omnes excluduntur per vocabulum Schaffe, vti pronunciarunt in *Curia Prouinciali Saxonica, in Termin.* AEGID. *Anno 1622.* Praeterea agni ouium appellatione non veniunt, quod enim ſtatutum eſt de his, in illis locum non habet per *l. ſeruis legatis. §. ouibus. ff. de Legat. 3. vbique Gloſſ.* Hoc tamen hodie in Scabinat. minus obſeruari, ſed Geradae plenae cum ouibus foeminini generis, eiusdem quoque generis agnos adiudicari teſtatur. MATTH. WESENBEC. *Conſ. 349. n. 5.*

§. IV.

Oues decem conſtituere gregem patet ex *l. fin. ff. de abig. §. 18. Inſtit. d. Leg. Gloſſ. in §. ſed ſi gregis. Inſtit. d. rer. diuiſ.* ALEX. *in l. Praetor. d. vi bonor. raptor.* Inde quaeſtio naſcitur, an grege ouium legato, ſi totus deinde grex ad vnam perueniat, illa vna debeatur? Dubitandi anſam praebet, quod grex legatus ſit, qui in vna oue conſiſtere nequit, vnde videtur illam non deberi, cum interitu rei legatum ipſum extinguatur. *l. 22. d. Legat. 1. l. 3. ff. de abig.* Sed reſpondetur *per §. ſi grex legatus. Inſtit. de Legat.* quod Legatum vniuerſitatis ſiue auctum ſiue diminutum fuerit, ſiue ante ſiue poſt mortem teſtatoris, ad legatarium pertineat. Vnde legatum gregis non extinguitur, ſi perueniat ad vnum tantum caput. *l. 22. ff. de legat. 1.* ſed illam vnam ouem quae reliqua eſt, legatarius petere poteſt actione in rem, cum legato grege, et ſic quodam toto, ſingulae quoque eius partes legatae cenſe-

censeantur, argumento a toto ad partes ducto. *v.* SCHNEIDVIN. *ad d. §. si grex legatus. Insitia ad Legat.* Illud autem procedit saltem in legato proprietatis, non vero vsusfructus; Namque vsufructu gregis legato atque ita deminuto, vt grex amplius dici nequeat, vsusfructus quoque extinguitur. *l. fin. ff. quib. mod. vsusfr. exting.* ex hac ratione, quod vsusfructus sit ius in corpore, quo sublato et istud perire necesse est. *l. 2. ff. de vsusfr.* LUDWELL. *ad §. 18. Instit. de Legat. Conf.* CHRISTOPH. PHILIPP. RICHTER. *p. m. Tr. de Signif. Aduerb. voc. gregatim.* cum vsusfructus non ita amplius sit gregis vti proprietas, quae singulis rebus quasi inhaeret, iuxta STRUV. *in notis ad Tract.* ANTON. MATTH. *de successionibus cap. 9. th. 13.* Idem quoque dicitur grex licet per substitutionem aliarum pecudum totus postmodum renouetur. *l. 13. pr. ff. de pignorib.* Grex enim ipse substantiam non mutat, quod substituta ei alia sint capita. *l. 76. ff. d. iudic. et l. 22. ff. d. Leg. 1.* Non ab re hic quoque notandum esse existimo, quod si quis dixerit: dono tibi gregem meum, aliena etiam capita, quae sunt ex numero gregis contineri, quia nomen gregis est vniuersale. *l. grege autem legato. ff. d. Leg. 2. et* dispositio vniuersalis per dictionem *meum* non restringitur. *l.* MARCELLUS. *ff. d. R. V.* Quae res tamen aliter sese habet in dispositione generali, quia illa restringitur; veluti si quis dixerit: dono omnes seruos meos, tunc ii, qui non sunt donatoris, in donatione non continentur. *l. seruos. d. Leg. 3. v.* FRANCISC. CARD. MANTIC. *d. tacit. et ambig. conuent. Part. 2. Lib. 13. Tit. 23. n. 29.*

§. V.

Exigit instituti nostri ratio, vt paucis etiam de ouibus, quae earum nomine in Gerada significentur, nunc videamus. Oues communiter ad Geradam, nec ad sponsalitiam largitatem; (Morgengab;) nec domestica cibaria (Mußtheil;) pertinent. *v.* STRUV. *in Designat. rer. Gerad.* Quod eleganti quoque confirmatur Responso a Scabinatu

Digitized by Google

Ienensi Anno 1625. M. Mart. hoc modo dato: Dieweil Vermöge G. von S. zu K. Seel. Eheberedung sub dato am 16. Febr. Ann. 1601. nach dessen Tode seiner hinterlassenen Wittib vor die Morgengab und Mußtheil von euch, als Lehnfolgern 1000 Gl. Geldes gesetzet, welches in Abtretung des versicherten Ritterguths baar hinaus zu geben: So behältet ihr dargegen, was sonsten zur Morgengab und Mußtheil gehöret, nicht unbillich. (Res enim succedit in locum pretii, als wann die Morgengab und Mußtheil von den Lehnsfolgern gekaufft sey.) Ob aber wohl in gemeldter Eheberedung des Viehes ingemein gedacht: so geben doch die darinnen angezogene Umstände so viel Nachrichtung, daß solches Viehe allein vom Rind-Viehe, ausser Ochsen und von andern Viehe, welches zur Morgengab und Mußtheil gehörig, zu verstehen, dahero ihr euch als Lehns-Erben der Schaffe nicht anzumassen; sondern demnach die Wittbe solcher Gerad Stücke sich begeben, so sind sie unter die Landes-Erben auszutheilen &c. Quod tamen intelligendum saltem de ouibus foeminini generis, exceptis tam castratis quam incastratis arietibus. Land-R. *Lib. 1. art. 24.*

§. VI.

Bene autem hoc loco attendenda est distinctio inter Geradam vxorum seu plenam, (die volle Gerad;) et cognatorum, (die Nifftel Gerad.) Illa post mortem mariti vxori vel eiusdem filiae regulariter iure Sax. plene debetur, et omnes, nisi statuto vel consuetudine alicuius loci aliter sit dispositum, sub se comprehendit oues. v. Weichbild. *Art. 23. in text. verb.* Nun höret und vernehmet, was zu der Gerade gehöret, da gehören zu alle weibliche Kleidung, Gänse, Endten, Schaffe &c. *et* Land-R. *Lib. 1. Art. 24. in verb.* So nimmt sie auch alles, was zu der Gerade gehöret, das sind alle Schaffe &c. Non attento vtrum hae propriae mulieris, an vero mariti fuerint, *v.* MATTH. BERLICH. *p. m. P. 3. concl. 28. n. 31. seqq.* CARPZOV. *P. 2. Const. 14. def 22. et* MATTH. WESENBEC. *Cons. 285. qu. 9 n. 54.* Nec regulariter illae quae mercede locatae sunt excluduntur. v.

GOLD-

Digitized by Google

GOLDBECK. *d. Iur. Gerad. fol. 56. n. 19. et fol. 159. n. 29.* Quod tamen restringitur aliterque se habet, si locator ita contraxerit, vt in suo sit positum arbitrio vel oues vel certum quoddam pro iisdem accipere pretium: vti putarunt domini Scabini Ienenses, eoque modo M. April. Anno 1631. H. O. von T. zu S. Erben responderunt: Ist euer Vater H. O. von T. Seel. am 6. Decembr. nechstabgewichenen Jahrs verstorben, und unter andern auch etliche eiserne Schaffe iedes Stück um 25. Gr. angeschlagen, an unterschiedlichen Oertern aussenstehende hinterlassen, welche er dergestalt uf drey Jahr lang üm Zinß ausgethan, daß ihme von ieden Noß 3. gr. 6 Pf. an statt 1 Pfund Wolle Jährlich gegeben werde, und bey Endung und Ausgangs solcher drey Jahr ihme frey stehen solte, ob er wieder andere Schaffe nehmen oder vor iedes Stück 25. Gr. gewarten wolte. Ob nun wohl euers Vaters Seel. Wittbe eüre Stiffmutter solche, und benahmentlich diejenige so Weibliches Geschlechts in ihre Gerade ziehen will: so sind doch dieselbe gestalten Sachen nach zum Erbe gehörig, und werden auch billich abgefolget. V. R. W.

§. VII.

Haec vero, nempe Cognatorum Gerada illas saltem oues ad proximam cognatam defert, quas vxor ad maritum intulit, & quae ipsius fuerunt propriae, per *Gloss. in cap. 56.* Lehn-R. *verb.* Auf daß ihr nun eigentlich wisset, was zu der Gerade gehöre, so mercket, zu der Gerade gehören alle Schaffe, die die Frau hat, da sie ihren Mann nahm, und die nimt auch ihre Nifftel. Hat aber der Mann selber Schaffe gezeuget, die nimt die Nifftel nicht, sondern nach dem Tode des Mannes so nimmt sie das Weib. Denn das Weib nimt alle Schaffe ohne Unterscheid, aber nicht die Nifftel. Prout etiam ad Consolationem Clauß und Hannß Ziegen zu Zimmern M. Aug. 1621. responderunt Domini Scabini Ienenses: Ist eure Mutter Margaretha Wölffin unlängsten verstorben, und hat nach sich verlassen ihren Ehmann Valten Ziegen, und vier Söhne, aber keine Tochter. Ob nun wohl ihre Nifftel 18.

Schaffe, welche nicht von eurer Mutter herkommen, sondern dieselbe euer Vater in seinem währenden Ehestande erworben, zu dem Gerad-Stücken begehret; So sind doch dieselbe hierzu gestalten Sachen nach nicht gehörig, dahero von solcher Schaff-Forderung abzuweisen V. R. W. *Conf.* HARTM. PISTOR. *Lib. 1. qu. 32. num. 9. et* ANDR. GOLDBECK. *d. Gerad. c. 2. n. 11.* Notandum autem hic est, quod olim Scabini Magdeburgenses in hoc Lipsiensibus et aliis ius Sax. sequentibus fuerint contrarii, cum plenae tum cognatorum Geradae omnes indistincte adiudicantes oues, siue per maritum, siue per vxorem illae comparatae fuerint. Quam vero contrariam obseruantiam in dicto Archiepiscopatu Magdeburgensi per legem Provincialem Anno 1657. d. 22. Decembr. reiectam esse deducit IOH. CHRISTOPH. Herold, *Tr. de Iur. repraesentat. cap. 5. Conclus. 9. n. 4.* verba ibidem des Ertzstifftl. Magdeburgl. Landtags-Abschieds zu Halle expressa allegans.

§. VIII.

Quamuis autem praeterea sint quibus scrupulum moueat *Gloss. German. in cap. 24.* vbi considerat eadem, vtrum maritus proprium pastorem habuerit nec ne, in verbis: Die Frau nimmt alle des Mannes Schaffe zur Gerade, hätte aber der Mann sonderliche Schaffe, oder einen sonderderlichen Schaff-Hirten, der sein wäre, dieselbe gehören ihrer Nifftel nicht, ob sein Weib stürbe, sondern was die Frau selbsten an Schaffen gehabt, das allein erben sie auf ihre nechste Gespinnen, als andere Weiber und Mägde welche Eigenschafft hätten. Ex quo inferre volunt, cognatam eas tantum oues consequi, quas vxor sub proprio pastore habuerit; illas vero, quae ouibus mariti immistae fuerint, ad ipsam non pertinere, quantumuis vxoris, propriae fuerint: Vsu tamen obtinere notum est, quod reprobata hac distinctione omnes oues, quae vxoris fuerunt propriae, non attento, vtrum in ouilibus, siue praediis mariti existant, vel elocatae reperiantur nec ne, ad cognatam pertineant;

Et in

Digitized by Google

Et in hanc sententiam responsum est teste fratre HARTMANN. PISTOR. *Libr. 1. qu. 32. num. 10.* a MODESTINO PISTORIS M. Decembris Anno 1557. Distinctionem illam non veram Glossam, sed saltem apostillam, a Practico quodam adiectam esse existimante.

§. IX.

Ceterum non praeter rem *Niftel Gerada* distingui solet in Geradam Nobilium et plebeiarum secundum GOLDBECK. *Tr. de Iur. Gerad. cap. 2. n. 21. et* CARPZ. *P. 2. C. 14. def. 24.* iung. RICHT. Urtheil des Hoffgerichts zu Wittenb. *Sect. 1. Membr. 1. p. 146. seqq.* ita vt inter ignobiles cognatas oues vxoris propriae etc. ad Geradam non pertineant; sed tantum inter Nobiles. Quae distinctio etiam hactenus in *Scabinatu Ienensi* obseruata: et iuxta eam Michael Schwartz zu Dulteiwitz *M. Mai. Anno 1631.* ita responsum fuit: Eure Schwieger lässet sich in der Geradforderung an den Kleidern, welche euer Weib hinterlassen, billich besättigen, rusticae enim parum in his terris accipiunt) und seyd ihr derselben was an Schaffen, Kälbern und Betten, es habe gleich ihre Tochter in währenden Ehestande dieselbe gezeuget oder nicht, als Geradstücke absolgen zu lassen unverbunden. Es könte und wolte dann eure Schwiegermutter, daß ihr ein mehres aus sonderbaren dieses Orts beständigen Gewohnheit zu Gerade gebühre, mit Recht darthun und beweisen, damit wäre sie, und ihr mit euren Gegenbeweiß zuläßlich. Da nun gleich eures verstorbenen Weibes Mutter ausführet und beybringet, daß in dem Fürstl. Amte C. auch unter Bauersleuten ein mehres als die Kleider der Gerade halben abzufolgen sey: So werden doch darunter die Kälber und Kühe, desgleichen die von euch gezeugte Schaffe nicht begriffen.

§. X.

Ad Geradam vero viduarum Nobilium non sunt referendae oues cum pacto retrouenditionis venditae. In quam

Digitized by Google

quam sententiam quoque fuisse Dominos Scabinos Hallenses dicit IOH. CHRISTOPH. Herold. *d. Tr. d. Iur. repraesent. Cap.* 1. *Concl.* 2. *n.* 77. M. Octob. Anno 1614. An Jobst von Gottfurden zu Lodersleben ita respondisse referens: Ist eine Adeliche Weibes-Person etwan 8. Tage nach ihres Junckern und Ehewirths Tode auch verblichen, und hat hinter ihr 2. Söhne und eine Tochter verlassen, da sie denn gleich dasjenige, so sie an Morgengab und Mußtheil dahero, weil sie ihren Juncker überlebet, zu fordern gehabt, würcklich empfangen, und in ihre Gewehr bekommen, welches doch aus euren Bericht eigentlich nicht zu vernehmen, auch vielleicht vor den dreyssigsten nach besagen ihres Junckers Tode nicht gebühret, oder nicht gefolget worden,) so wäre dennoch solches alles ietzo nach ihren Absterben nicht mehr vor Morgengab und Mußtheil sondern vor Erbe zu achten, und derowegen auf ihre nachgelassene Söhne und Töchter zu gleichen Antheil verfället, und dieweil auch der verstorbene von Adel noch bey seinen Leben die Schäfferey einen andern von Adel wiederkäufflich verkaufft, so können solche Schaffe zur Gerade nicht gerechnet werden, weniger den Töchtern alleine zukommen, sondern es wird die Zeit des Wiederkauffs dem Käuffer billich ausgehalten, und haben alsdenn die gesamten Erben die Schäfferey wiederum an sich zu lösen, und gehet dieselbe gleicher Gestalten in gleiche Theilung, V. R. W. Ab hac Viduarum Nobilium Gerada excluduntur etiam oues illae, quas lanii macello destinatas habent per Gloss. *in art.* 23. Weichbild. *num.* 25. Et haec de ouibus in genere dixisse sufficiant. Nunc ad specialia progrediendum, et quidem ad

CAPVT II.
DE OVIBVS MORBIDIS.

§. XI.

OVillum pecus quamuis mollissimum, valetudinis tamen tutissimae esse, minimeque pestilentia laborare COLVMELLAE ex sententia CELSI, quem pru-

dentiſſimum hac parte vult haberi, contra ARISTOTELEM et alios euincere nititur. At vero quod attinet prius, toto videmus die quam valde ob leuiſſimam etiam rem iſtius periclitetur valetudo, et ouem et hominem iisdem fere totidemque tentari morbis communis teſtatur experientia; ſufficiantque nobis quoad poſterius illuſtrium Poëtarum VIRGILII et OVIDII teſtimonia, quorum ille in *3. Georgic. ita:*

Hic quondam morbo coeli miſeranda coorta eſt
Tempeſtas: totoque Autumni incanduit aeſtu,
Et genus omne neci pecudum dedit atque ferarum,
Corrupitque lacus: infecit pabula tabe.

Hic vero hoc modo:

Strage canum primo volucrumque auiumque, boumque
Inque foris ſubiti deprenſa potentia morbi eſt.
Concidere infelix validos miratur arator.
Inter opus tauros, medioque recumbere ſulco.
Lanigeris gregibus balatus dantibus aegros
Sponte ſua lanaeque cadunt, et corpora tabunt.

Huiusque rei SENECA *Lib. 6. Quaeſtion. Nat. cap. 27.* reddit rationem. *et* GOCLEN. *de peſte fol. 62.* peſtis, quae ſolum necat oues fecit mentionem. Enumerantur alias morbi ouium quam plurimi, Peſtis nempe, febris, morbus Comitialis, rabies, aſthma, tuſſis, Diſpnoea, lienis affectus, profluuium ventris, argema, ſtrumae, tumor ventris, mentigo, ſacer ignis, ſcabies, &c. Et PETRVS CRESCENTIENSIS illarum ſanitatem certis cognoſci ſignis docuit; Namque ſi aperiantur earum oculi, et venae ſint rubicundae et ſubtiles, ſanas easdem eſſe ait; Inſanas vero, ſin albae vel rubicundae et craſſae ſimul apparuerint. Verum cum hiſce diutius inhaerere animus non ſit, ſed relictis iisdem Phyſicorum ſcholis et ſcholiis, de Iure potius harum morbidarum ouium nunc diſſeremus; Et quoniam *Sectione II.* ius ouium in contractibus explicaturis ſe de iisdem iterum agendi offeret occaſio, ea qua fieri poteſt breuitate hoc capite nos expediemus.

§. XII.

Sicuti malo quodam ciue, scelus aliquod magnum committente, non remoto plebs facile polluitur vniuersa iuxta GVIL. DVRAN. *d. mod. gener. Concil. celebr. P. 1. f. 181.* et malorum consortia etiam bonos corrumpunt. IOAN. ROYAS *d. haeretic. P. 2. fol. 223. n. 68.* Ita quoque vna morbida ouis totum saepissime corrumpit gregem, et omne inficit pecus. *c. ea quae de stat. monach. c. sed illud dist. 45. c. saepe malorum. 28. qu. 1.* Ergo a causis haec est repellenda. *c. resecandae. 24. qu. 3.* et iuxta HIERONYMVM secundae sunt putridae carnes, & scabiosa a sanis remouenda est ouibus, ne pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant. Secundum hunc itaque verborum tenorem non debet quis vti pascuis, cum pecora morbosa seu pestifera existunt. CARPZ. *P. 2. c. 41. def. 8.* quia & reliqua pecora contagione morbosi pecoris perirent seu perire possent. *arg. l.* IVLIANVS *in pr. cum ibi notat. ff. d. action. emt.* vnde illud Poëtae cuiusdam:

Morbida facta pecus totum corrumpit ouile.
Ne maculet socias est separanda grege.

Et BARTH. COEPOLLA. *Tr. d. serui. rustic. praedior. per Authent. iusiurand. quod praestit. ab his in fin.* dicit, quod vbicunque sit huiusmodi infectionis timor, possit illarum ouium fieri expulsio etiam de ciuitate: Hinc quoque infert, quod si aliqua inhonesta mulier veniat in viciniam, possint vicini ipsam expellere; quod idem de leprosis etc. monet. *Gloss. in c. 1. vers. expellam. d. vsuris in 6. iung. eund.* COEPOLL. *ad l. aediles. §.* PEDIVS. *ff. de aedilit. edict.*

§. XIII.

Nullo exinde negotio colligi potest, quam ingrediantur poenam lanii, qui studio per pascua oues agunt morbosas, earumque deinde carnes vendunt, et ita non modo pascua sed et ipsos homines contagionis grauant timore; Nimirum ob graue quod in Rempubl. committunt scelus poena pro circumstantiis etiam ad relegationem

nem vsque extendi poteſt, prout quoque reſponderunt Anno 1622. *Domini Scabini Ienenſes:* Haben vor abgewichenen vierzehen Tagen ſich zwene Metzger zu L. B. G. und H. W. freventlicher Weiſe in andere Herrſchafften Bockelichte (oder gantz Frantzöſiſche) Schaffe eingekaufft, damit des wohlgebohrnen Herrn Heinrichen des Jüngern, und der Zeit älteſten Reuſſen, Herrn von Plauen ꝛc. Vieh- und Schaff-Trifften übertrieben, auch gemeldte untüchtige Schaffe nach L. gebracht, daſelbſt ſolche geſchlachtet, und das Fleiſch unbeſchauet unter die Bürger verkaufft, denen es itziger Zeit, ſo daſſelbe verſpeiſet, einen groſſen Eckel und Widerwillen bringet. Ob nun wohl gedachter H. W. darmit ſich entſchuldiget, daß er uffn Felde das dickköpffige Schaff erſchlagen wollen, B. G. aber ihme gewehret, mit vorwenden, daß er in willens, die Schaffe Abends, daß es niemand gewahr würde, in die Stadt zu bringen; Und daß derſelbe uff der Herren Reuſſen einen Fuhrwerck-Weg uff Neuendorff, und hernach durchs Kohſala übers Gehäge in Thiergarten die Schaffe getrieben, geweidet, und Abends in die Stadt gebracht, auch das eine unreine Schaff mit den dicken zerſchwollenen Kopffe ſchon geſtochen gehabt, ehe er des andern Tages frühe zu ihm kommen. Dennoch dieweil er die andern 5. Schaffe geſchlachtet und ausgearbeitet, auch an den Beinen befunden, daß ſie unrein, welches Fleiſch gleichwol, wie vom erſten iedes Pfund zu 6. Pf. verkaufft worden, und er den Gewinn von berührten 6. Schaffen zur Helffte bekommen, alles nach mehrern Innhalt beydes der abſonderlichen Verhör und Confrontation; So ſind beyde verhaffte Metzger über das ausgeſtandene Gefängniß noch ferner ſtraffbar, und nicht allein die an Urthel-Geldern, Bothen-Lohn und dergleichen verurſachte Unkoſten, zu erſetzen ſchuldig; Sondern es iſt auch B. G. mit Verweiſung auf N. Jahr, oder 80. Rthlr. und H. W. mit Verweiſſung auf N. Jahr, oder 40. Rthlr. Geld-Buſſe zu milden Sachen anzuwenden, willkührlich zu belegen, V. R. W.

CAPVT III.
DE VSV OVIVM.

§. XIV.

VSum Ouium hic non vti alias in iure, et praesertim in §. 4. *Instit. d. vs. & habit.* sumitur, accipimus, sed omne id vtilitatis quod ex ouibus nobis proficisci potest includimus, cum autem illud iuxta supra alleg. KLOCK. sit lana, lac, fimus et stercoratio, quibus non immerito accensemus agnos, de singulis excepta stercoratione, quoniam haec singulare nobis infra constituet Caput, hic erit agendum. Memorare hic liceret exempla magnificorum conuiuiorum ab Hebraeis in ouium tonsura comparatorum, ABSOLONIS nimirum et NABALIS, cuius mentio fit I. SAM. 25. aliorumque; sed quo breuiores esse studemus, eo faciliores erimus in omittendis illis ad rem parum facientibus. Veteres non vbique totondisse oues, sed quibusdam in locis vellendi fuisse morem scripsit PLINIVS. Nostris vero temporibus nobis de isto vellendi more nequicquam; de hoc autem multum constat, quod quoniam non vbique idem coeli status, neque pecoris pabulique eadem ratio, tonsurae tempora multum varient: quibusdam enim in locis bis tondentur, nempe ad initium *Maii*, aut finiente *Aprili* prima, et circa *Septembris* initium teste HERESBACHIO secunda vsurpatur tonsura; hinc est quod aliae dicuntur einschürige; aliae zweyschürige. Sunt vero oues ante triduum quam tondeantur, monente eodem HERESBACHIO, bene lauandae, atque vbi exsiccatae tondendae. Non inutiliter praeterea suadet CALPHVRNIVS, vt coloris lanae, et longitudinis mollitiaeque et duritiei habeatur ratio, ne scilicet alba nigrae, vel longa breui, vel mollis durae misceatur, in verbis:

Cum iam tempus erit maternas demere lanas
Hircorumque iubas, et olentes caedere barbas,

Ante

Ante tamen ſecerne pecus, gregibusque notatis
Conſimiles include comas, ne longa minutis,
Mollia ne duris coëant, ne candida fuſcis.

§. XV.

Variat etiam vti terrarum ita lanarum bonitas. CARDANO *Lib. 7. cap. 3. de rer. variet.* lana laudatur in *Atholia Scotiae* puriſſima atque candidiſſima. *Et* BOETHIVS *in Scot. deſcript.* dicit: quod in parte quodam *Anguſiae Scotorum regionis* oues tam mollem, candidam delicatamque et tam ſubtili villo lanam ferant, vt vix ſimilis in tota inueniatur *Albione.* Apud veteres Lana *Mileſia* bonitate nulli fuit inferior, ſed inter omnes optima eſt habita, prout etiam VIRGILIVS *Lib. 4. Georgic.* honorificam eiusdem fecit mentionem:

At mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti
Senſit, eam circum Mileſia vellera Nymphae
Carpebant.

Hanc lanae bonitatem cumprimis terrae ſterilitati aſſignant Phyſici; Namque licet videantur, inquiunt, ſecundum rationem paſcuorum in paſcuis vberioribus molliorem acquirere lanam oues: quia tamen humidi ſint temperamenti, meliorem et molliorem lanam faciant ex paſcuis tenuibus et ſalſibus, quam exuberibus et dulcibus; a quibus in *Lib. 3. Georgic.* non diſſentit VIRGILIVS canendo:

Si tibi lanicium curae, primum aſpera ſylua.
Lappaeque tribulique abſint; fuge pabula laeta.

Eandem de Lana *Anglicana* affert rationem CARDANVS; *Pabula*, inquiens, *ſterilia ſubtilitatem autem.* Namque vti olim *Mileſia,* ita noſtro tempore illa celebrantur. Siquidem ea inter numerum rerum Angliae pretioſiſſimarum hoc verſiculo incluſarum refertur:

Arx, Pons, Mons, Fons, Rex, Eccleſia, Foemina, Lana.

Hinc quoque *Eduardus III. Angliae Rex* pannificium (vulgo einen Wollhandel) ibidem inſtituit, ex quo priuatorum

C 3 opes

Digitized by Google

opes et regni patrimonium tanta ſumpſerunt incrementa, vt etiam hodie inter Reipubl. columina merito numeretur. Pannos enim *Anglicos*, *Suecia*, *Dania*, *Polonia*, *Gallia*, *Germania*, et magni ſemper aeſtimarunt, et emerunt; vt idcirco non inconcinne quidam magni nominis Politicus affirmauerit oues in Anglia lanam ferre auream. Cuius etiam intuitu CAMBDENVS *P. 1. Annal. Angl. p. 83.* eandem Hollandorum aureum vocat vellus: (der Holländer güldenes Vlüß.)

§. XVI.

Cum itaque lana in linum iudice BESOLDO *in Commentar.* über die Fürſtl. Würtenberg. Lands-Ordnung. Tit. von Wollenkauff. it. Wollen-Schlag oder Rechnung, und Wüllen-Tücher Handwerck. *n. 4.* ſufficiant ad operiendam corporis noſtri nuditatem, conficiendisque veſtibus nulla fere materia magis commoda excogitari poſſit; artificia illa quae circa linum lanamque occupata ſunt, omni ſubſidio ſublauari, ac quibuscunque modis excoli debent; ſcilicet ſanctione peculiarium legum ſocietatumque conſtitutione, quibus effici ſolet, vt non tantum opum operarumque collatione artificia magis floreſcant atque conſeruentur; ſed et eiusmodi quaſi lucrandi certamine corpus Reipubl. a ſuis membris felicius enutriatur. Inde eſt quod contra *Receſſ. Imp. de Anno 1648. Reformirt.* Pol. Ord. *Tit.* von verkaufften Früchten auf dem Felde ꝛc. et Pol. Ordn. zu Franckf. de Anno 1672. Tit. 19. vbi praecipitur: daß alle dergleichen vortheilige Abkäuffer und Ausleyher die Haupt-Summa verlohren, und darzu von der Obrigkeit; ob auch gleich der arme Mann nicht klaget, ex officio nach Geſtalt und Gelegenheit der Sachen an Ehren und Guth geſtraffet werden ſollen ꝛc. ſingulari gaudet priuilegio negotiatio, quae in quibusdam, referente eodem BESOLDO, Germaniae locis frequentatur, vbi quis maiore anni parte Pecunias paratas habere debet, ex quibus indigentibus opificibus, praeſertim textoribus mutuum dare poſſit; relicto ipſi in ſecurita-

Digitized by Google

curitatem solutionis pignore, v. c. lana. Cum autem relicto pignore solutio facienda est, post annum medium, in singulos florenos mutuo datos auctarium adiici solet, verbi gratia vnus pazius.

§. XVII.

Nec exiguus huic rei exhibitur fauor in *Recessibus Imperii*, von dem Wollenkauf. et Franckf. Polic. Ordn. de Anno 77. Tit. 21. seqq. It. von den Wüllen-Tücher-Handwerck und Verkauffung der Tücher. *Recess. Imp. de Anno 1500. et Anno 1535. It.* Pol. Ordn. zu Augspurg. de Ann. 48. vbi inter alia ita: Nachdem auch in teutscher Nation gute Tücher gemacht werden, daß man frembder Nation Tücher wohl entrathen, und das Geld, so für dieselbe frembde Tücher gegeben, in teutscher Nation behalten werden möchte: So wollen wir denen Obrigkeiten hiermit auferlegt und befohlen haben, in dem gute Ordnung fürzunehmen, damit die Wollen-Weber an Wollen nicht Mangel leiden, sondern dieselbe um einen ziemlichen Kauff bekommen mögen, und die Wolle nicht also mit grossen Hauffen in frembde Nation verführet werde. Et in *Ducatu Würtenbergico* laudabiliter sic ordinatum est: Daß diejenige, so den Märckten weit entsessen, und nicht Gelegenheit haben, ihre Wolle in öffentlichen Kauf feil zu tragen, solches in die Ambt-Städte, da das Tücher-Handwerck am gängigsten ist, dem Bürgermeister zu wissen machen; und wenn man daselbsten solcher Wollen innerhalb 14. Tagen nicht begehret, selbige alsdenn erst in andere Wege in- und ausserhalb des Hertzogthums vertreiben möge. Es soll auch an offenen Marckte keinen Ausländischen vor 12. Uhren und ehe die Unterthanen zu ihrem Haußbrauch eingekaufft, Wollen zu kauffen erlaubt seyn, bey Confiscirung der Wollen und des Kauf-Geldes. Und wo ein Frembder nach 12. Uhren also Wollen kauffte, und ein Einwohner einen Theil begehrte, so soll vom Käuffer ihme ein Viertel Theil, und was darunter ist, gestattet und zugelassen werden.

§. XVIII.

Digitized by Google

§. XVIII.

Ad quorum castra maxime quoque transit ius Saxonicum Electorale, siquidem acre hoc Mandatum wegen des Vor- und Auffkauffs der Wolle tertia vice in der Churfürstl. Sächs. Landes-Ordn. inuenimus repetitum: So ordnen, wollen und befehlen wir hiermit vor Uns ꝛc. in Krafft dieses Unsers offenen Mandats, daß hinführo alle solche und dergleichen eingerissene Mißbräuche und vortheilhafftige Monopolia, in unsern Landen gäntzlich abgeschafft seyn sollen. Insonderheit, daß hinführo alle Bürger und Bauren, so Wolle zu verkauffen haben, dieselbe in die nechst angelegene Städte zu feilen Kauff führen oder tragen, und den Tuchmachern und andern unverdächtigen Personen, so sie zu ihrer Nothdurfft bedürffen, und nicht ihres Vortheils halben ferner verkauffen, üm gleichmäßige Bezahlung zukommen lassen sollen. Et paulo inferius: Dieweil auch sonderlich geklaget wird, daß sich nicht allein die Frembden die des Handwercks nicht seyn, solches schädlichen Vorkauffs der Bauer-Wolle befleißigen, sondern auch etliche Tuchmacher selbst von andern Geld aufnehmen, die Wolle in ihren Nahmen kauffen, und zu ihrem auch anderer Leute Vortheil verwenden, auch etliche des Handwercks grosse Anzahl Wolle einkauffen, die beste ausschiessen, dieselbe ausserhalb Landes verhandeln, und die geringste im Lande lassen. So gebiethen und befehlen wir hiermit allen und jeden unsern Räthen in Städten, daß sie darauf achtung geben, und da sie dasselbe also befinden, die Verbrecher mit gebührlicher Straffe belegen. Eiusmodi lanae propolis acriter quoque et iisdem fere verbis interdicitur in Torgauischen Ausschreiben pag. 264. Nec non in der Churfürstl. Erledigung derer in Anno 1653. und 1657. bey gehaltenen Landes-Zusammen-Künfften von der Landschafft des Chur-Fürstenthums Sachsen in Iustitien-Sachen übergebenen Gebrechen, *fol. 46. 59. et 60.*

§. XIX.

Egregii quoque Priuilegii a Sereniss. Elector. Brandenburg. IOHANNE SIGISMVNDO gloriof. recordat. panni-

SI fundus cum inſtrumentis ſeu pecoribus legatus, et fundus poſſit ſuſtinere ſuo gramine tantum mille oues; teſtator autem comparauit duo millia ouium: Haec legato ceſſura exiſtimat cum LABEONE IABOLENVS *in l. 25. pr. d. inſtr. vel inſtrum. legat.* Nec enim quaerendum eſt, quid debuiſſet parari pecoris inſtrumenti fundi cauſa, ſed quid paratum eſſet. *d. l. 25. pr.* BARTHOL. *in l. cum quaereretur. §. lanii. de legat. 3.*

§. XII.

Cum inſtrumentum omne legatum eſſet, excepto pecore vel ouibus, etiam Paſtores ouiliones, ouilia quoque

legato non continentur per *d. l. 25. §. 2. d instr. vel instr legat.*

§. XIII.

Pecorum vel ouium vſu legato neque lacte, neque agnis neque lana vtetur vſuarius. *§. 4. Inst. d. vſ. et habit.* modicus tamen lactis vſus conceditur: neque enim tam ſtricte interpretandae ſunt voluntates defunctorum. *l. 12. §. 2. d. vſ. et habit.* BALD. *in hoc text.* SEB. MEDICES. *Tr. d. acqu. poſſeſſ. num. 183. ſeq. add. cap. 5. theſ. vlt.*

SECTIO III.
DE IVRE SINGVLARI OVES ALENDI.
CAPVT I.
DE PRAEDIIS OVILIBVS.

§. I.

Ovile proprie denotat locum vbi continentur oues; improprie olim Romanis ouile dicebatur locus iſte, in quo in Comitiis centuria praerogatiua erat, idque propter ſimilitudinem quia vndique cancellis erat clauſus; atque in hunc nemini licebat ingredi, niſi poteſtate prius a Conſule facta, vti huius meminit DIONYSIVS *Lib. 10.* de comitiis L. QVINTII verba faciens; cuius quoque facit mentionem LVCANVS.

-- -- *et miſerae maculauit ouilia Romae.*

De quo pluribus *v.* GRVCH. *L. 1. de Comit. Rom. alioſque.* Nobis praedium ouile dicitur eine Schäfferey. Hoc autem quid importet, optime explicat PAVL. MATTH. WEHNER. *in Pract. Obſeru. p. 583.* in verbis: Eine Schäfferey heiſt nicht allein eine Scheuer oder Stallung, darein die Schaffe geſtellet werden, ſondern es wird das alles Scheuren, Stall, Schafe, Wieſen und Weyde, damit die Schaffe müſſen unterhalten werden, mit einem Worte eine Schäfferey genennet.

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Quamuis vero iure communi cuiuis licitum sit in fundo suo aliquid extruere, et rem siue conditionem suam etiam cum alterius detrimento facere meliorem *l. 24. §. fin. et l. 26. ff. damn. infect.* (cuius tamen rei vide limitationes apud HIERON. SCHVRFF. *Cent. 3. Consf. 16. n. 3. seq. et* GAIL. *Lib. 2. obs. 69.*) Indeque omnino sequatur, quod in extructione ouilis idem obtineat, nec prohibeatur quis tantum alere ouium numerum, quantum ipsi lubeat, vti hoc confirmatum est Responsis *Lipsiensium et Wittenbergensium*, quae exhibet GEORG. BEAT. *in publicat. sentent. Definit. Saxon. in Casib. variis. Tit. 27.* Iuribus tamen prouincialibus plerisque id minime conceditur, sed quod extructionem ouilis attinet, eadem nemini, nisi ex antiqua consuetudine ius tale docere possit, conceditur; nec etiam Domino loci, nisi sibi ab initio nascentis regni siue territorii quando facta est inter se et vniuersitatem terminorum diuisio, hoc reseruarit, vti tradit SESSE *Dec. 74. num. 29.*

§. III.

Vnde etiam Iure Saxonico quis ius pascendi ex vno ouili in pluribus locis aut pagis habens, non potest nouum ouile extruere in loco, vbi antea nullum fuit, ne eius loci incolis ratione pascuorum aliquod praeiudicium afferatur, iuxta COLER. *Part. 1. Decis. 218. et* CARPZOV. *p. 2. Decis. 206. n. 11.* Quarum assertioni contrarius quidem esse videtur MODESTIN. PISTOR. *Vol. 1. Consf. 14. qu. 1. n. 3. seqq.* in verbis: Es irret auch hieran nicht, daß vorhin an diesem Orthe keine Schäfferey gewesen, denn es ist einen jeden erlaubt, seine Güter täglich zu bauen und zu bessern: Verum ratio eius allata ad ius hoc singulare non potest applicari. MATTH. BERLICH. *Part. 2. Conclus. 49. n. 12.*

§. IV.

Idem obtinere testatur in Ducatu Würtenbergico

CHRI-

CHRISTOPHORVS BESOLD. *in Commentar.* über die Fürstl. Würtenberg. Lands-Ordn. *Tit.* von Weid- und Schaff-Ordn. *n. 7.* Et de Marchia-Brandenburgensi IOACH. SCHEPLIZ. *ad Consuetud. Brandenb. Part. IV. Tit. 20. §. 1.* Neque ibidem ouilia ex vrbibus et pagis in alium commodiorem locum sine consensu vicini transferre licitum est, vti c. l. per hunc expressum textum constat: Ob wohl zu recht versehen, daß ein ieder, welcher eine Schäfferey-Gerechtigkeit an einen Orthe hat, es sey in einer Stadt oder Dorffe, Macht habe, dieselbe aus der Stadt oder Dorffe seiner Gelegenheit nach aufzubauen und zu transferiren: So wird doch solches Innhalt einer sonderlichen Bewilligung auffm Lande in der Marck Brandenburg nicht gehalten, und muß keiner von Adel eine Schäfferey aus der Stadt oder Dorffe an einem andern und gelegenern Orth im Holtze vor der Stadt oder ausserhalb des Dorffs ohne Bewilligung seiner Benachbarten aufbauen und transferiren.

§. V.

Sic quoque in Bauaria illi, qui praedia ouilia iam antiquitus possederunt, sub priuatione iuris pascendi, vel pro qualitate delicti, sub grauiori poena maiorem gregem in syluis et agris quam ab hominum memoria pascere consueuerunt, nec pascere nec noua ouilia constituere valent *v. Ius Forest. Rom. Bauaric. Art. 35.* verba autem illa *antiquitus et ab hominum memoria* ex WELMER. in suis obseruat. ad verb. alters, von alters, ad minimum de 40. vel 50. annis accipienda esse refert SEBAST. KHRAISER. *ad cit. loc. Iur. For. iung.* MEISCHNER. *in Decis. Camer. Tom. 2. P. 2. Dec. 4. n. 8.*

§. VI.

Sed quaeritur, quid iuris, si duo fratres Nobiles duo in pago quodam possideant ouilia, et deinceps horum vnus moriatur relictis filiis duobus vel pluribus, quorum quilibet deinde ouilis illius particeps esse vult, an cuilibet proprium ouile et singularem pastorem alere licitum est? Casum hunc ita decisum esse: Daß die Brüder entweder die

Schäffe-

Digitized by Google

Schäfferey müssen gemein haben, und die Nutzung theilen, oder sie müsten einem allein die Schäfferey gönnen, und darum kaveln: Nec hoc concedi, daß jeder Bruder wolle seinen Antheil Schaffe sonderlich hüten lassen, oder darauf einen eigenen Kost-Knecht oder Pacht-Schäffer halten, denn auf solchen Fall würden viel Schäffer und Hirten. testatur SCHEPLITZ. *d. l.*

§. VII.

Quid vero, si quis in suo fundo extruxisset ouile, idque vltra decennium absque vllius contradictione possederit, num postmodum vicini hoc impugnare possunt? Ad hanc facti speciem Responsa diuersa ICtorum exhibet IOACH. SCHEPLITZ. *cit. loc.* Nimirum *Francofurtensium:* Seyd ihr eurem Bericht nach über 10. Jahr lang in geruhigen Besitz der Schäfferey gewesen, so werdet ihr bey solchen Besitz so lange erhalten, biß euer Vetter in Petitorio euch daraus durchs Recht entsetzet. V. R. W. Et *Brandenburgensium.* Ist N. auf den zugelegenen Aeckern und Feldern zwey Schäffereyen zu halten befugt gewesen, da er denn solche Lehn-Gerechtigkeit zum halben Theil auf euch vererbet, und ihr eine Schäfferey zu eurer, mit Wissen und Duldung eures Vettern N. aufbauen lassen, und 15. Jahr über in geruhigen Besitz gehabt, so ist gemeldter euer Vetter euch darüber Intracht zu thun nicht befugt. V. R. W.

§. VIII.

Quandoque fit, vt collegium laniorum in ciuitate aliqua singulari oues alendi gaudeat iure, in quaestionem ergo deducitur, an praeter id etiam possint vti iuribus vniuersitatis, et vtroque modo, vt scilicet lanii et ciues siue Incolae istius loci sint spectandi v. c. In der Metzger zu Eschwegen uhralten Ordnung, so Anno 1570. aufgerichtet, ist enthalten, daß denen Metzgern daselbst verstattet 4. Pferche allda vor der Stadt zu halten, jedoch daß sie vor Jacobi nicht zu Felde schlagen, noch in einen Pferch über 150. Stücke Schaff-Viehes, auch über Winter keine Schaffe und Zucht-Viehe halten solten. Am 18. August. aber hat bey ihrer Fürst.

Gn. Landgraff Moritzen zu Hessen die gemeine Bürgerschafft zu Eschwege gnädig erhalten, gegen jährlicher Entrichtung 50. Gülden eine Schäfferey zu halten, und sich deren zu gebrauchen, und solten diejenigen, so Schafe zu halten willens, sich angeben und einschreiben lassen. Controuertitur itaque, an et lanii huius ouilis vniuersitatis essent participes. Haec res *in Scabinatu Ienensi M. Nouembr. Anno 1630.* ita est decisa: Erscheinet daraus allenthalben so viel, daß die Metzger von der Samt-Schäfferey der Bürgerschafft zu Eschwege nicht auszuschliessen, und keiner Praescription oder Verjährung bedürfftig, es würde denn die hohe Landes-Fürstl. Obrigkeit die Anno 1615. beschehene gnädigste Verstattung also erklären, daß die Metzger darunter nicht begriffen, uff welchen Fall sie sich an den 4. Pferchen begnügen zu lassen schuldig, und werden alsdenn von der abgezogenen Sambt-Schäfferey billig abgewiesen. V. R. W. Haec sunt quae de ouilibus dicere constituimus; cum autem inde fluat ius pascendi, quia detractis pratis et pascuis ipsum deficit ouile, teste MEICHSNERO *Tom. 2. Dec. 5.* agemus sequenti.

CAPVT II.

DE PASCVIS IN GENERE.

§. IX.

Pascua siue saltus dicuntur loca, vbi pecudes pascuntur. *Tit. Cod. d. pasc. publ. et priuat.* cui iunge *Gloss. in §. vlt. l. 8. ff. Solut. matrim.* vbi dicuntur, *quae pascuis pecudum sunt destinata:* non autem refert, siue ager pascuus sit, siue mons aut collis. Nobis dicuntur Weyde oder Oerther, da man Viehe weiden darff. Illa veniunt quandoque appellatione fundi. *v.* RENAT. COPPIN. *Tr. d. priuil. rustic.* Et ab hac voce dicuntur oues aliaeque pecudes pascales, quasi pascuales. Hinc etiam pascua sylua, in quam ius est pascendi causa pecudes mittere. *l. 30. §. fin. ff. d. V. S. ibique* GOEDD. A pascuis quoque apud Romanos dicebantur pascuarii illi, qui vectigal ex pratorum publicorum locatione dabant. Idem pascuus ager, qui scilicet a diuisoribus agrorum

rum relictus est ad pascendum communiter vicinis; hunc ipsum quidem LVCAS DE PENNA *ad Tit. Cod. d. fund. limitroph.* dicere mauult compascuum, idque colligit ex *l. 20. §. 1. et pen. ff. si seruit. vindic.* Pascua in Tabulis Censoriis referente ex PLIN. *Lib. 18. cap. 3.* BARNABA BRISONIO *de Form. et Solenn. P. R. Lib. 6.* dicebantur omnia, ex quibus populus Rom. reditus habebat, et diu hoc solum vectigal erat.

§. X.

Primaria pascuorum diuisio est in publica et priuata, vti probatur per RVB. *Cod. de pascuis publ. et priuat.* Illa pascua publica seu alicuius vniuersitatis communia sunt, in quibus singuli de ipsa vniuersitate sua animalia depascere solent. COEPOLL. *in Tr. d. seruit. rustic. praedior. Cap. d. seruit. iuris. pasc. num. 8. et* DIDAC. *in Lib. Practic. quaest. cap. 18. num. 4. conf.* IACOB MENOCH. *Conf. 943. num. 61.* et hisce vnumquemque ex vniuersitate oportet moderate, absque aemulatione, et iuxta vires suarum facultatum et patrimonii vti, scilicet pro modo praediorum quae habet in illo territorio. ALBER. *in l. 17. ff. d. seruit. rustic. praedior. et in l. 20. §. fin. ff. si seruit. vindic. l. 1. C. d. pasc. publ. et priu.* CRAVET. *Conf. 60. num. 3.* FRANCISC. MARC. *P. 1. Dec. 84. et 223. num. 4.* THESAVR. *Dec. 72.* MENOCH. *d. arbitr. iud. Lin. 2. Cas. 245. et* BORELL. *Conf. 9. num. 15.* Idque ideo, ne ipsi Domini, neque incolae totum absorbeant territorium, sed secundum possessionum qualitatem possideant. Quia et rationi et iuri est consentaneum, vt ille qui minores habet possessiones, minus quoque vtatur pascuis. *v.* BERTRAM. *Conf. 37. num. 5. et* HIERON. *de* MONTE *Cap. 72. n. 20. seq.* quippe cum communitas rei communis debeat percipi pro mensura portionum singulorum. *l. 25. ff. d. seru. rustic. praedior. ibique* GRAVETTA, vbi infert ex CALCANO, quando sunt plures vicini, habentes praedia prope pascuum commune, et vnus modica habens retineat nihilominus magnam ouium qualitatem, quod possint alii qui longe ampliores habent possessiones,

 inten-

Digitized by Google

intentari iudicium vtile communi diuidundo, vt ille vtatur paſcuo ciuiliter, et pro rata tantum praediorum ſuorum. *v.* HIERON. MONTAN. *in Tr. de finib. cap. 2. n. 21.* Quotiescunque ergo de vſu paſcuorum eſt quaeſtio, diuidantur eadem pro praediorum neceſſitate. IOH. PETR. SVRDVS *Conſ. 65. n. 23. et* CRAVETTA *Conſ. 54.* ita vt qui plus poſſidet, plus quoque habeat de vſu rei communis. THESAVR. *Dec. 72. Conſ.* IOH. BAPTIST. COST. *de rat. Rat. qu. 159.* ſed quaeritur quomodo hic praediorum modus ſit accipiendus, an pro iugerum quantitate an pro illorum valore? ALBERICVS *in l. 17. ff. de ſeruit. ruſtic. praedior.* iuxta iugerum quantitatem intelligendum eſſe dicit ad ſimilitudinem ſeruitutum aquae ducendae. *v.* IACOB MENOCH. *d. arbitr. Iud. Lib. 2. Cend. 3. caſ. 245. n. 12.*

§. XI.

Sic quoque dominus iurisdictionem in aliquo loco habens; quamuis paſcuis vti poſſit, ſi vt habitator et incola illius loci ſpectetur (wann v. g. einer von Adel in ſeinem Dorffe wohnet, oder daſelbſt ein Schloß hat). moderate vti debet pecudum numero, pro arbitrio boni viri, et iuxta territorii paſcuorumque qualitatem, ne ſubditi vel vicini hac in re laedantur, vti ALBERT. DE ROSAT. *in d. l. 17. ff. d. ſeruitut. ruſtic. praedior. et in l. 20. §. 1. ff. ſi ſeruit. vindic. conf.* GEORG. EVERHARD. *vol. 2. Conſ. 34. n. 76. ſeqq.* COVARR. *Pract. quaeſt. cap. 37. in pr.* TVSCH. *Pract. Concl. lit. P. Concl. 112. n. 8. et* BERLICH. *Part. 2. Concl. 49. num. 12.* et quamuis ſint qui hac in re Dominis multum concedant ob iurisdictionem, tamen cum MANZIO *quaeſt. Palat. 14.* recte ſtatuimus, eundem exinde nullum habere dominium in paſcuis publicis illius territorii, in quo iurisdictione vtitur; cum paſcua publica regulariter ſint communitatum non vero dominorum Iurisdictionem habentium. COVARRVV. *Pract. quaeſt. c. 37.* et inſuper argumentum a iurisdictione ad proprietatem non valeat, nec ei qui proprietatem habet competat et ius paſcendi. KELLER.

Digitized by Google

LER. *d. offic. iurisd. Polit. Lib. 2. cap. 15.* MYNSING. *Respons. 11. n.18. Dec. 4. et* WEHNER. *Pract. obseruat. verb.* Weidgang. Hinc notanter dicitur in der Würtenberg. Landes-Ordn. *in constit. Nouell. 10. §. 5.* daß Ihre Fürstl. Durchl. sich erbötig machen, ihre eigene Schäffereyen dergestallt anzustellen, daß die gemeinen Weyden nicht überschlagen oder verderbet werden, mit dem Anerbiethen, daß kein Schäffer zu Herbst-Zeiten nach Martini, und im Frühlinge nach Cathedra Petri mit denen Schaffen auf den Weyden sich finden lassen solle. *v.* GEORG. LVDOVIC. Lündenspür. *in Commentar.* über die Fürstl. Würtenberg. Landes-Ordn. *p. 268. n. 6. seqq.*

§. XII.

Quo maior igitur subditis hac in re exhibetur fauor, eo minus territorii Dominus subditis contra solitam consuetudinem pascua plane adimere et sibi applicare, aut etiam vectigalibus (vti Romani fecerunt et scripturam appellarunt. *v.* BVLENGER. *de Vectigalib. cap. 16.* onerare potest. SESSE *Decis. 74. n. 22. seqq.* CHRIST. BESOLD. *d. iur. et diuis. rer. cap. 3. per tot.* cum nec Princeps nec totus Populus nequidem vel vni de populo possint auferre ius pascuorum. RIPA *Respons. 93. n. 17. et* SESSE *d. Decis. 74. n. 35.* De qua re non etiam ineleganter disserit. AHASVER. FRITSCH. Tractat. suo *d. Iur. compasculat. th. 14.* referens ibidem infelix aliquod Consiliarii cuiusdam consilium, libertati populi maxime aduersum.

§. XIII.

Nec etiam sibi nouiter appropriare potest iurisdictionis Dominus pascua ceteraque praedia publica, quae sunt intra fines alicuius castri seu pagi. NATTA *Lib. 2. Cons. 460 num. 16. et* ROLAND. à VALLE *lib. 3. Cons. 46. num. 67.* sed illa praesumuntur esse vniuersitatis vel hominum illius loci. *l. 6. §. 1. ff. d. diuis. rer.* et late MEICHSNER. *Tom. 1. Decis 26. n. 13. seqq. iung.* MATTH. WESENB. *P. 2. Cons. 62. n. 28.* Territorium scilicet Dominorum solum est quoad iurisdictionem, quoad pascua vero et

onera est ciuium et incolarum: Vnde nec illi extraneis locare, BERTRAM. *Vol. 1. Conf. 37. et 49.* nec etiam ad culturam reddere possunt pascua in praeiudicium vniuersitatis. HIERON. *de* MONTE *Tr. de finib. regund. cap. 6. n. 13. seqq.* Longe enim inter se differunt; habere iurisdictionem, et dominium habere terrarum. PETR. ANTON. *de* PETRA *de fidei commiss. qu. 13. n. 446. seq. et* ROLAND. VALLE *d. Consil. 46. n. 67.*

§. XIV.

Si quoque ex pascuis eiusmodi publicis alii cuidam debeatur ius pascendi seruitutis lege, ne ipsa quidem vniuersitas in dispendium eius, cui seruitus ista debetur, eadem ad culturam redigere potest. IOH. VINCENT. HONDED. *Vol. 2. Conf. 84. n. 6. et 31.* GAIL. *2. Ob. 67. n. 10.* COSTA *d. rat. Rat. qu. 78. n. 4. seq. et* MODESTIN. PISTOR. *Vol. 1. Consil. 7. n. 33. et qu. 106. n. 10.* vbi tamen ita distinguendum; aut vniuersitas siue Dominus praedii seruientis reducendo fundum suum ad culturam, vel meliorando ipsum non nocet seruituti pascendi, et tunc prohiberi nequit, modo concedat Domino fundi dominantis eodem modo qua antea pecora sua ibi pascere. BARTHOL. COEPOLL. *de seruit. rustic. praedior. cap. 9. n. 40.* SCHNEIDVIN. *ad pr. Instit. de seruit. rustic. et vrb. praed. n. 33.* Aut Dominus praedii seruientis immutatione sua nocet seruituti impositae, si v. c. piscinam faciat, vites plantet, et tunc omnino est prohibendus, *l. 9. pr. ff. si seru. vendic. l. 7. C. d. seruit. et aq. l. 15. §. 6 seq. ff. d. vsufr.* Licet enim quisque rei suae moderator sit et arbiter. *l. 21. (Mandat.* Illud tamen in rebus saltem omnino propriis seu in quibus alii nullum ius competit, procedit MODEST. PISTOR. *Conf. 14. n. 6.* verbis: Ob wol ein ieder seiner Güther mächtig, und seines Gefallens damit gebahren kan, so hat doch solches den Verstand, daß es also zugehen müsse, daß einen andern, der auch eine Dienstbarkeit und Gerechtigkeit an solchen Gütern hat, durch solche Veränderung kein Nachtheil zugefüget werde. Sic

enim

Digitized by Google

enim agrum ſuum quis meliorem facere poteſt, ne vicini deteriorem faciat. *l. 1. §. 3. ff. C. d. aq. pluv.*

§. XV.

Priuatum deinde paſcuum dicitur, quod competit alicui priuato iure proprio, quia ſcilicet vel emit illam ſeruitutem, vel alio modo acquiſiuit. Circa hoc tamen notandum, quod, vti ſupra eſt monitum, iure Saxonico nemini liceat pecora ſua ſegregatim paſcere, ne communi paſtori pretium minuatur, niſi qui habeat tres terrae manſos per *Lib. 2.* Land-R. *art. 54.* Quod tamen iuxta SCHNEID. *ad pr. Inſtit. ſeruit. ruſtic. et verb. praedior.* ita eſt intelligendum, vt res terrae poſſidens manſos paſcat cum pecoribus ſuis in propriis agris et iuxta hoc reſpondiſſe *ICtos Acad. Lipſienſ. M. Iul. 1627. ex* CARPZ. *Iur. pr. Forenſ. 2. 41. 7.* adducit: IOAN. STRAVCH *Diſſ. VII. th. 10.* daß er mit ſeinen Schaffen und Viehe, auf ſolchen ſeinen eigenen Huffen bleibe, und andere nicht mit betreibe. Et hoc modo pronunciari ſolere teſtatur. SCHNEID. *d. l.*

§. XVI.

Cum autem nullum ſit dubium, quin ius paſcuorum, vti *ſequenti Cap.* videbimus, praeſcribi poſſit; ſciendum tamen eſt, id ſe aliter habere in compaſcuis; (Koppelweyde) ibi enim nulla procedit praeſcriptio. MATTH. *de* AFFLICTIS *Deciſ. 290.* quippe cum ius compaſcui a ſimplici paſcendi ſeruitute differat. CARPZ. *Part. 2. Conſt. 41. def 9. num. 1.* et compaſcuorum vſus reuera nihil aliud ſit, quam precarium reciprocum; hoc vero nullo vnquam tempore praeſcribitur. *l. 2. C. d. praeſcript. 30. vel 40. ann.* iung. IOH. KÖPPEN. *Deciſ. 57. n. 63.* Praeterea quoque in compaſcuis habentur iura familiaritatis et mutuae quaſi ſocietatis; DIDAC. COVARR. *Lib. 1. variar. Reſolut. cap. 17. n. 11. et* PARIS. *Part. 1. Conſ. 27. n. 133.* Socius autem contra ſocium, quam diu in ſocietate ſunt, non praeſcribit, vti pronunciatum refert CARPZ. *Part. 2. Conſt. 4. def. 14.* in verbis:

Digitized by Google

verbis: Dieweil aber dennoch gemeldete Trifft-Gerechtigkeit denen von Ebeleben und dessen Wartenbergischen Unterthanen nicht iure seruitutis, sondern nur aus Vergünstigung nur als eine Kuppelweide zuständig, in welcher ein in Rechten diese Geschaffenheit hat, daß hierinnen keine Praescriptio zuläßig, sondern dieselbe nach Art eines reciproci precarii iederzeit wiederruffen werden mag, so rc. Locum tamen aliquando, et quidem tunc saltem habet in his praescriptio, quando noua aliqua superuenit causa, quae seruitutem inducere possit, si scilicet quis contra prohibitionem alterius non abstinuerit a compascuis, sed iisdem per longissimum tempus vsus fuerit. CARPZ. *Part. 2. Const. 4. definit. 15.*

§. XVII.

Quicunque vero est in possessione vel quasi huius iuris compascendi, tuendus est in illo tamdiu, donec aduersarius actione contra eum intentata per probationes idoneas contrarium ostendat vel in possessorio plenario, vel petitorio; Et eo modo pronunciarunt. *Dn. ICti Ienenses Anno 1619. in causa pagi* Neuses *et vniuersitatum* Rosbach und Buchenroda, vbi hae ouibus opponebant pecudes maiores, et saltem in illis, in his vero minime concedebant; quoniam vero *Neusenses* hactenus erant in possessione vel quasi, mit dem gesambten Dorff-Viehe auf der streitigen Wiesen zu hüten, sententia haec est prolata; Daß die Gemeinde zu Neuses bey vorgewandten Besitz vel quasi der Huht und Trifft uff angedeuteter Wiesen Inhalts des de Anno 52. von ihnen producirten Vertrags, so lange zu lassen und zu handhaben, biß die Gemeinde zu Roßbach und Buchenroda mit ordentlichen Rechten wider sie in Possessorio plenario oder petitorio ein anders ausführen und erlangen, auch derowegen dieselbe der Gemeinde zu Neuses die abgepfändete Kuhe, oder deren Werth, samt der Abnutzung und verursachten Unkosten uff Richterliche Ermäßigung zu restituiren und abzustatten schuldig, iedoch weil sich die Gemeinde zu Roßbach mit den Neusern der Abnutzung halber Tag und Nacht uff 21. Pf. verglichen, hat es darbey sein Bewen-

Digitized by Google

Bewenden, V. R. W. Quod eo quoque modo *a Scabinatu Coburgico* ad consultationem pagi Neuses *Mens. Martii Anno 1618.* confirmatum est; Dieweil eurem Nachbar (conrustico) Haußen Thiermeisseln seine Kuhe zur Ungebühr gepfändet: So ist ihme dieselbe samt den Nutzungen, Schaden und Unkosten, ohne Caution und andern Entgeld zu restituiren. V. R. W.

§. XVIII.

Retractatur aliquando decretum aliud in sententia possessorii summarissimi factum iique possessione sua vel quasi postea eiiciuntur ob sententiam in possessorio plenario latam, vti hoc patet ex Responso *Dn. ICtorum Altorffensium M. Ian. 1617.* in dicta causa dato: daß obbemeldte beyde Gemeinden Roßbach und Buchenroda dasjenige, was sie sich in Processu plenarii possessorii zu erweisen unterfangen, nach Gelegenheit dieser Sachen gnugsam dargethan, und derentwegen die Gemeinde Neuses des Treibens und Hütens in die gemengte Wiesen bis an den Weicken Anger, so wohl vor als nach Burchardi mit ihren gemeinen gehörnten oder Dorff-Viehe zu enthalten haben, V. R. W. Quae sententia itidem post Leuterationem pagi Neuses hoc modo fuit repetita: Uff Leuterungs-Schrifften und erfolgte Gesetze der gesambten Ganerben und deroselben Untersassen zu Roßbach und Buchenroda an einen, Syndicen der Gemeinde Neuses uffn Eichen anders Theils, erkennen und sprechen von Gottes Gnaden wir Johann Casimir, H. z. S. J. ꝛc. uff vorgehabten Rath der Rechtsgelehrten vor Recht: Wann gleich die Formalia dieser Läuterung beständig, so erscheinet doch aus denen Materialien allenthalben so viel, daß es bey dem in dieser Sachen am 29. Ian. 1617. eröffnetem Urtheil allerseits billich bleibe, iedoch mit dieser Erklärung, daß die Gemeinde Neuses den beyden Gemeinden Roßbach und Buchenroda cautionem de non amplius turbando aufzurichten schuldig, dargegen mit der begerthen Pfandes-Restituirung zu verschonen, und die beyderseits bißhero aufgewandte Unkosten aus bewegenden Ursachen gegen einander zu compensiren und aufzuheben, V. R. W.

Digitized by Google

CAPVT. IV.
DE
MODO ACQVIRENDI IVS PASCENDI.

§. XIX.

Regulariter quis prohibetur pascere animalia sua in agro alieno. *l. 39. ff. ad L. Aquil. l. 13. in fin. ff. d. iniur. l. 11. c. d. seru. et aq. l. fin. C. d. L. Aquil. l. fin. C. d. pasc. publ.* WESENBEC. *Vol. 2. Conf. 62. n. 23. et Vol. 4. Conf. 194. n. 125.* SCHNEIDWIN. *ad pr. Inst. d. seru. rustic. et vrban. praed. n. 31.* AYM. CRAVETT. *Conf. 383. n 1. seqq. et* GÖDEN. *Conf. 75. num. 4. seq.* Potest autem hoc ius pascendi alicui competere vel iure dominii vel iure possessionis, vel iure seruitutis, vel iure familiaritatis. *l. 13. §. fin. de iniur.* MATTH. WESENBEC. *Vol. 1. Conf. 18. num. 6.* GOTHMANN. *Vol. 3. Conf. 49. num. 161. seq. et* GEORG. MVNDIVS *Vol. 1. Conf. 19. num. 2.*

§. XX.

Quamuis autem seruitutes proprie possideri nequeant, cum incorporales, nec in bonis sint. STRUV. *Exerc. XII. th. 3.* quasi tamen possideri, et per hanc quasi possessionem omnino acquiri posse easdem certissimum est *teste eodem Exercit. XLIII. th. 8. et* HENRIC. ZOESIO *ad Tit. ff. d. vsu cap. n. 13.* Hac in iure pascendi plerumque nituntur praescriptione, cuius requisitum primarium est tempus legitimum, vbi scilicet lapsus temporis et negligentia eius contra quem praescribitur, attenditur. STRUV. *Exercit. XLIII. th. 6.* Circa quod tamen IVSTVS HAHN. *Tr. d. iur. Colonar.* et eiusdem asseclae inter Ius Ciuile et Saxonicum non ab re distinguendum esse existimant, additam iuxta illud distinctione seruitutum causam habentium continuam et discontinuam, etiam in Camera Imperiali testante MYNSINGERO admissa.

§. XXI.

Digitized by Google

§. XXI.

Seruitutes nimirum causam habentes discontinuam iure ciuili non nisi immemoriali tempore praescribi communiter existimant per *l. 3. §. 4. ff. d. aq. quotid. et aestiu. l. 28. ff. de seruit. vrban. praed.* Hanc vero pecoris pascendi seruitutem esse discontinuam et hominis requirere factum, sat euidenter, constare putant ex *l. 12. ff. d. seruit.* quod idem clarissimis verbis vult MODESTIN. PISTOR. *Vol. 1. Cons. 7. qu. 1. n. 6.* Dieweil nun diese Dienstbarkeit der Trifft nicht kan, ohne Menschen Hülffe geübet und gebrauchet werden, und doch unmüglich, daß ein Mensch das Viehe stets an einen Orth treiben könne, so wird auch solche Dienstbarkeit inter seruitutes discontinuas gerechnet. Inde ducunt, quod ad praescribendum ius pascendi requiratur iure ciuili tempus, cuius initii memoria non extet, praesertim si titulus allegari non possit. IOACHIM. MYNSING. *Cent. 4. Obseru. 53.* PANTSCHMAN. *Lib. 1. qu. 22. n. 20.* Ideoque si asserens non probet se in vsu et consuetudine fuisse tanti temporis spatio, ita vt de contrario nulla supersit memoria, non sit audiendus: quam sententiam referente MYNSING. *d. l.* secuti etiam sunt Assessores Camerae in causa Knoblauch contra *Senatum Haganoënsem M. Mart. Anno 1550.* cuius quoque assertionis patronus est MODESTIN. PISTOR. *d. l. n. 1.* in verbis: Auf die erste Frage, welcher Gestalt, und durch wie viel Jahr Seruitus pascendi praescribiret werde, sonderlich nach Sächsischen Rechten, ist zu antworten, daß Seruitus pascendi nach gemeinen Käyserlichen Rechten nicht praescribiret werde, es sey denn, daß einer derselben über Menschen Gedancken auf eines andern Grund und Boden gebraucht &c. Hanc denique praescriptionem immemorialem consentiente IOHANN. MEICHSNER. *Decis. Cameral. Tom 3. Decis. 6. n. 7. seqq. et* MODEST. PISTOR. *Vol. 2. Consil. 14. n. 13.* eundem habere effectum quem lex, priuilegium vel ipsa habeat veritas tradunt; indeque praesumtionem iuris et de iure, contra quam non admittatur probatio in contrarium, nasci firmiter statuunt.

§. XXII.

Verum ex noua Constit. Iustin. *in l. vn. C. d. vsuc. transform. et l. vlt. C. d. praescript. long. tempor.* nobis statuendum videtur, quod iure Ciuili etiam 10. vel 20. anni ad praescribendum ius pascendi sufficiant, add. FRANTZK. *ad Tit. comm. praed. n. 6. et 7.* STRUV. *Exercit. XIII. th. 40. vers. denique.* Missa ista distinctione; Quamuis enim seruitutum possessio continua esse non possit, cum quis singulis diebus et horis iisdem vti nequeat; perpetua tamen et continua est earundem causa, cuius ratione praedium semper seruit, et alteri nunquam non aliquid debetur. Sicuti igitur praescriptioni longi longissimi temporis iuris Ciuilis respondet vnica praescriptio tricennalis iure Saxonico, qua scilicet annis triginta et vno, sex septimanis et vno die dreyßig Jahr, Jahr und Tag praescribuntur res immobiles, iura et actiones, vti tradit STRUV. *Exercit. XLIII. th. 25. per Lib. 1. Land-R. art. 29.* ita et in hoc passu illud obtinet, et ad praescribendam iuris pascendi seruitutem ius nostrum Saxonicum tanto temporis spatio est contentum, quod luculentissime etiam attestatur MODESTIN. PISTORIS *Vol. 1. Consf. 7. qu. 1. n. 1.* sequenti modo: Aber nach Sächsischen Rechten wird solche Dienstbarkeit durch 30. Jahr, Jahr und Tag verjähret, wenn sich einer derselben auf eines andern Grund und Boden so lange geruhiglich und ohne Verhinderung bedienet.

§. XXIII.

Alterum requisitum ad praescribendam iuris pascendi seruitutem est scientia et patientia aduersarii; siquidem iura incorporalia aduersus ignorantes praescribi non possunt, vti tradit IOH. MEICHSNER. *Tom. 3. Decis. 33. n. 115. seq. et* BARTHOL. *in l. 14. et l. fin. ff. de seruitut.* nec est cur assentiamur IOHANNI KÖPPEN. qui *Decis. qu. 57. n. 52.* cum ibi citatis scientiam et patientiam in praescriptione pascuorum immemoriali minus attendi asserit. Quemadmodum enim in iuribus negatiuis quasi possessio incipit

cipit a prohibitione facta, ne alter quid faciat, quod alias iuxta libertatem naturalem facere posset; ita in iuribus affirmatiuis quasi possessio, quasi continuata sit vsucapio, consistit in vsu, et titulus in patientia eius qui vsum patitur. STRUV. *Exercit. XLIII. th. 15. per l. 10. ff. si seruit. vindic. l. vlt. ff. d. seruit. et l. 2. C. d. seruit.* Quod clare quoque innuit Imperator in *l. 1. C. d. seruit.* vid. etiam MODEST. PISTORIS *Vol. 1. Cons. 7. qu. 1. n. 1.* in verbis: Und ist hieraus gnugsam zu sehen, welcher Gestalt die Praescriptio geschehen möge, nemlich daß zu einer solchen Verjährung ein solcher Gebrauch gehöre, den man nicht mit Gewalt, noch heimlich, noch durch Bitte, und auf sonderliche Vergünstigung, oder wie man es nennet precario erlanget, und darum sagen die Rechts-Lehrer, daß in acquirenda praescriptione seruitutum in allewege von nöthen sey scientia et patientia aduersarii. Quam opinionem esse communem attestatur *Halm. ad* WESENB. *Tit. d. seruit.* sufficere vero quandoque etiam in rebus incorporalibus praesumtam scientiam, et ex hac venire praesumtum aliquem titulum seu praesumtam concessionem eius, qui patitur *per l. 10. ff. si seru. vind. l. vlt. ff. d. seruit. et l. 2. C. d. seruit.* tradit STRUV. *Exercit. XLIII. th. 15.* qui tamen praesumtam illam scientiam ab aduersario, contra quem praescriptio inducitur, elidi posse existimat, probando se ex iusto errore omisisse contradictionem. *arg. l. 5. C. d. praescript. long. temp.*

§. XXIV.

Requiri postmodum in eiusmodi seruitutis praescriptione possessionem vel quasi certissimum est. PARIS. *Cons. 27. n. 101.* CEPHAL. *Cons. 40. n 32.* RVIN. *Lib. 1. Cons. 28. n. 12.* MODESTIN. PISTOR. *Part. 1. Cons. 7. q. 1. n. 2.* MYNSING. *Decad. 1. Respons. 11. n. 30. et* BARTH. COEPOLL. *de seruit. rustic. praed. Cap. 20. n. 8.* illa autem idonea sit et qualificata necesse est *l. 7. et l. 9. C. d. acquir. et retinend. possess.* iung. MATTH. WESENBEC. *Part. 1. Cons. 4. n. 53.* nec vitiosa et ad praescribendum inhabilis, si v. c. violenta, clande-

ſtina vel precaria exiſtat. *l. 17. ff. commun. praedior. l. 1. §. vlt. ff. d. aq. pluv. arcend l. 1. C. de ſeruit.* add. PARIS. *Part. 1. Conſ. 27. n. 41.* Et ita nequicquam alicui prodeſt vſus paſcuorum per mille etiam annos, ſi idem non iure ſeruitutis ſed familiaritatis ſit acquiſitus. COEPOLL. *de ſeruit. vrban. praed. cap. 20. n. 1.* CRAVET. *P. 1. Conſ. 226. n. 2.* Praeſumitur autem quis in dubio vti paſcuis non ſeruitutis ſed familiaritatis iure, ideoque praeſcribenti ius paſcendi non hoc ſed illo modo vſum ſe eſſe paſcuis probare incumbit. *v.* PARIS. *Conſ. 27. n. 11. ſeq.* CRAVET. *Conſ. 226. n. 62.* MASCARD. *de probat. Concluſ. 1214. n. 14. et* MATTH. WESENBEC. *Part. 1. Conſ. 18. num. 18.*

§. XXV.

Inhabilem autem IOAN. KOEPPEN. *Deciſ. qu. 57. n. 58.* vocat illam quaſi poſſeſſionem, propter quam aliquid praeſtatur. Sed vero induci aliquam ſeruitutem ex eo, quod canon vniformis fuerit perſolutus, vel aliud aliquod ſeruitium vniformiter exhibitum teſtis eſt MODESTIN. PISTORIS *Vol. 1. Conſ. 7. qu. 2. n. 14.* in verbis: Aber das wäre wohl einer Frage werth, wie die Hofmeister zu S. über Rechtsverwehrte Zeit solche Trifft, gegen etlichen gewissen Diensten gebraucht, und dargegen solche Dienste über Rechtsverwährte Zeit continue geleistet, ob sie dann nicht dadurch eine erbliche Gerechtigkeit erlanget, und so viel, daß man ihnen solche Trifft nicht mehr auffsagen könte, sondern ihnen die um die Dienste, so sie zuvorn geleistet, hinfürder auch lassen müsse, wie man in simili pflegt zu sagen von den Laß-Gütern, deren Ankunfft man nicht weiß, daß man die denen, so sie über Rechtsverwehrte Zeit um einen unveränderlichen Zinß inne gehabt, umb denselben Zinß erblich lassen muß. *Et in ſeqq. n. 17.* Wenn dann erwiesen könte werden, daß sie über Rechtsverwehrte Zeit solche Pflüge und Korn-Dienste geleistet, und dargegen der Trifft ohne Einrede gebraucht, so hätte die Sache auf des Klosters Seiten ein groß Ansehen.

§. XXVI.

Hac tamen res monente eodem HARTM. PISTORIS *d. Conſ.*

Digitized by Google

d. Conf. qu. 2. n. 18. aliter se habet, si de immutatione praestationis constet, siquidem in eadem causa hoc addit: Es könte auch in solchen Fall des Klosters vermeinte Gerechtigkeit meines Erachtens anders nicht abgelehnet werden, denn da man erweisen könte, daß die Hofmeister zu S. nicht allewege einerley Dienste vor solche Trifft gethan, sondern einmal mehr, das andere mahl weniger 2c. Nec ineleganter idem *d.* PISTORIS *eod. Conf. qu. 3. n. 23.* hisce effert verbis: Würde auch das Kloster auf eine Erbtrift articuliren, die gegen etlichen jährlichen gewissen Pflug-Diensten und Korn Fuhren constituiret were, so wolte alsdenn vonnöthen seyn dargegen zubeweisen, daß keine gewisse Dienste gepflogen, sondern daß man einmahl dieß, ein andermahl jenes gethan, einmahl mehr, einmahl weniger gefrohnet. De hac vniformi praestatione vide quoque HIERON. PANTSCHMANN. *Lib. 1. qu. 22. n. 40.* CHRISTOPH. BESOLD. *Disp. 2. ad Ius Municip. th. 176. et* GEORG. LVDOVIC. **Lindenspür.** *in Comment.* über die Fürstl. Würtenberg. Landes-Ordn. *p. 268. n. 6. seqq.*

§. XXVII.

Et sicuti denique ad omnem praescriptionem, ita quoque ad hanc iuris pascendi omnino ex aequitate canonica requiritur bona fides, quandoquidem iusta possessio cuiuscunque rei constet bona fide et iusto titulo. STRUV. *per l. 3. §. 21. ff. de acquir. vel amitt. poss. l. 31. d. acquir. rer. dom. et l. 4. C. d. praescript. long. tempor.* quae bona fides ex cursu longissimi temporis praesumitur. CARPZ. *1. Resp. El. 33. n. 12. seqq. et* RAVCHBAR. *2. 38. n. 33.* Iuxta haec itaque requisita postquam est acquisitum ius pascendi, videamus nunc etiam quomodo eodem sit vtendum.

CAPVT IV.
DE VSU IVRIS PASCENDI

§. XXVIII.

Potest autem quis vti iure pascendi prout seruitus illa est praescripta. *arg. l. 1. §. 6. ff. deposs. l. 11. §. 1. ff. de seruit.*

Digitized by Google

seruit. vrban. praedior. BARTHOL. COEPOLI. *d. seruit. rustic. praedior. c. 9. n. 17.* MATTH. BERLICH. *Lib. 2. Conclus. 49. n. 9. et* SCHNEID. *ad Tit. Inst. de seruit. rustic. et vrban. praedior. n. 31.* si ergo simpliciter et generaliter est constituta et praescripta ista seruitus, tunc quis cuiuscunque generis pecora imitetur potest, *arg. l. 23. ff. d. seruit. vrban. praedior. l. 13. § vlt. ff. de seruit. praed. rustic. l. 7. pr. ff. commun. praedior.* COEPOLL. *d. l. n. 18.* MATTH. BERLICH. *d. l. n. 13. et* FRIDERIC. BRVCKMANN. *Vol. 1. Cons. 14. n. 3.* Tantum enim, iuxta tritum illud ex *l. 1. §. 4. ff. d. itin. act. priu. et c. 18. X. d. praescript.* axioma, censetur praescriptum, quantum est possessum.

§. XXIX.

Ius autem alendarum ouium quoad numerum iuribus prouincialibus fere vbique solet restringi, vt quis non plures habeat in pascuis oues, quam hyberno tempore possit alere. Ita in Marchia Brandenburgensi referente SCHEPLIZIO *ad Consuetud. Brandenburg. Part. IV. Tit. 20.* Muß einer nicht mehr Viehes halten, denn er mit seiner selbstgenommenen und allda geworbenen Futter auswintern und ausfüttern kan, denn solches keinesweges mit erkaufften oder anderswoher geschafften Futter gestattet wird, auf daß einen andern, so auch alda Huth und Trifft hat, keine Verschmählerung und Ubersetzung wiederfahre. Hoc eodem modo vsu quoque seruari in Ducatu Megapolitano idem testatur. Consonat *Ordinatio Prouincialis Bauarica Lib. 3. Tit. 14 art. 2.* hoc praecipiens. Wir wollen, daß durch keinen Innwohner Unserer Fürstenthüme, mehr Viehe auf die gemeine Weide geschlagen werde, denn derselbe über Winter, doch daß er die Fuhr von andern nicht kauffe, von seinem Guthe führen mag, oder in sein Hauß schlagen will, er hätte denn eine besondere eigene Weyde, die soll ihme zu verlassen, oder ander Waid-Vieh zu nehmen, oder in andere Wege nach seiner Nothdurfft und Gefallen zugebrauchen unverwehrt seyn und bleiben. Wo aber eine Gemeine von iemand obermeldter massen beschwert, überschlagen, und deßhalben

Digitized by Google

halben zur Klage kommen würde, so soll ihre Gerichts-Obrigkeit dieselbe Beschwerde abzuschaffen schuldig seyn.

§. XXX.

